scribit eam 2 staminibus gaudere. At verò Boerhaaviæ, *erecta*, *diffusa* et *repens*, stamen tantùm unicum habent; habui vivas et attentissimè inspexi.

*Vaccinium myrtillus* habet plerumquè corollam 5 fidam et 10 stamina (optimè novi), ut et V. *stamineum*, *corymbosum*, *frondosum;* reliquæ constanter 8. Hoc dixi in *Generibus*, et adeò in *Syst. Nat.*, p. 105, lineæ antepenultimæ, notavi Vaccinium, quòd species aliquæ ibì collocandæ essent; sed nec ideò fregi genus naturale. Ostendat mihi ullam methodum Jussieu, quæ non incurrat aliquandò ejusmodi anomalias. Sunt in eâdem plantâ *Jatrophæ urentis*, alii flores monopetali infundibuliformes, alii pentapetali rosacei. Sunt in *Statice* alia monopetala, aliæ species polypetalæ, et sexcenta similia longè pejora in aliis methodis.

Vellem videre ejus catalogum; utinàm aliquis exscriberet pro me, ut viderem quæ errata mihi attribuat.

---

*des Jardiniers*, in-fol., 1731, traduit bientôt dans toutes les langues, et dont il donna avant sa mort plusieurs éditions, dans lesquelles il finit par abandonner la méthode de Ray et de Tournefort pour adopter celle de Linné, dont il devint un des plus zélés admirateurs. Le docteur Martyn lui a consacré le genre *Milleria*, de la famille des Corymbifères, découvert à Panama par Houston.